



PIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM
 Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopo
 Compostellano, & Amerino, ac Lucensi Epif-
 copis salutem, & Apostolicam benedictionem.
 Hodie emanarunt à nobis litteræ tenoris subsequentis:
PIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, ad per-
 petuam rei memoriam. Æquum, & rationi consonum esse,
 iudicamus, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia pro-
 cesserunt, licet, eius superveniente obitu, litteræ Apосто-
 licæ, super illis, confectæ non fuerint, suum consequantur
 effectum. Sanè, exhibita dudum, fœlicis recordationis Pio
 Papa IV. prædecessori nostro, *pro parte dilectorum filiorum*
Rectoris, & Conciliariorum, Collegij Sancti Jacobi Compostel-
lani, petitio continebat, quod, cum alias bonæ memoriæ Al-
 phonsus Archiepiscopus Toletanus, tunc in humanis
 agens, ob singularem devotionem, quam gerebat ad Ec-
 clesiam Compostellanam, cui antea ipse multo tempore
 præfuerat, considerans, quod in partibus illis plerique
 Præsbyteri indocti reperiebantur, quorum aliqui, faculta-
 tum penuria præsi, litteris incumbere non valebant, &
 propterea, ac ex certis alijs rationabilibus causis, in Ci-
 vitate Compostellana, quæ, & illius Metropolitana Ec-
 clesia insignis, & notabilis existebat, unum Collegium
 Scholarium construere, vel antiquum Collegium parvum,
 quondam, Lupi Rometij, alias Gometij, & Didaci Epif-
 copi Ovetensis nuncupatum, in ipsa Civitate construc-
 tum, cuius ædificia adeò vetusta, & parva erant, ut an-
 gustia loci, pauci Scholares, & Lectores inibi recipi pos-
 sent, extendere, & ampliare, vel propè illud, *aliud Colle-*
gium, per eum, iam forsam tunc construi cæptum, cum
 magna, & sumptuosa domo *perficere*, & *pro pauperibus*
Scholaribus, inibi, Theologiæ, & utriusque iuris, ac artium li-
beralium facultatibus, & scientijs, operam daturis, suis sump-
 tibus, & expensis competenter dotare, sumoperè cuperet;
 piæ memoriæ Clemens Papa Septimus, & prædecessor
 noster, supplicationibus eiusdem Alphonsi Archiepiscopi,

A

tunc

tunc in ea partē inclinatus, dicto Alphonso Archiepiscopo, ut, in Civitate prædicta, vel propè dictum antiquum Collegium, aut in eo, seu alio decenti loco per eum eligendo, unum Collegium pro uno Rectore, & pauperibus Scholaribus, in numero, & cum qualitatibus, modisque, & formis, ac pro temporis spatio, per præfatum Alphonsum Archiepiscopum statuendis, & ordinandis cum Capella, & alijs necessarijs, adinstar aliorum Collegiorum, ad omnipotentis Dei, & totius Curiaë cœlestis laudem, honorem, & gloriam construere, & ædificare, seu ipsum antiquum Collegium extendere, & ampliare, eosdemque Scholares, in numero, & cum qualitatibus, ac pro temporis spatio huiusmodi in eodem Collegio, Collegialiter permansuros, & in eisdem facultatibus, & scientijs operam daturus, introducere, ac Cathedras pro lectoribus, in numero decenti, & pro eis salaria, & mercedes constituere, necnon quæcumque statuta utilia de super ordinare, concedere, & facere, illaque mutare, & alia de novo ædere, liberè & licitè valeret, auctoritate Apostolica, licentiam & facultatem concessit, & voluit, & eadem auctoritate statuit, quod, quoties, & quando-cumque aliqui ex Collegialibus dicti Collegij, Bachalareatus, Licentiaturæ, Doctoratus, ac Magisterij, vel alios gradus, in iurium, ac Theologiaë, & artium scientijs, & facultatibus prædictis suscipere vellent, postquam actus, & cursus, aliaque in similibus servari solita, inibi adimplevissent, & peregissent, *gradus ipsos, in eodem Collegio*, ab illius Doctoribus, si inibi essent, qui eos examinarent, & præfatos gradus eis impenderent, alioquin *in Salmantina, aut alia quacumque Universitate Hispaniaë*, ab illius Doctoribus, Rectoribus, Scholasticis, & alijs, ad quos id pro tempore spectaret, servatis servandis, & solutis iuribus solvendis, suscipere, & ad illos suscipiendum, ac quascumque Cathedras in quibusvis studijs, & Universitatibus regendum, & gubernandum, per illarum Rectores, Scholasticos, Doctores, & alios quoscumque superiores, admitti, & quod tam ipsi Graduati, quàm & Collegij huiusmodi, illiusque Rectores, Lectores, Collegiales,

Ca-

2

Capellani, servitores, & alia personæ, in eo pro tempore degentes, omnibus, & singulis Privilegijs, alijs Collegijs Hispaniæ, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos, ac Sedem Apostolicam, eatenus concessis, & in posterum concedendis, uti valerent, prout in litteris ipsius prædecessoris, desuper confectis, plenius continetur, & in eadem expositione; subiuncto, quod, litterarum huiusmodi vigore, in eadem Civitate, quæ caput Regni Galitiæ erat, & in quo nulla studij Universitas existebat, dictum Collegium, sub dicta invocatione Sancti Jacobi, honorificè constructum, & ædificatum fuerat, & merito insignis Universitas studij generalis, ex eo potissimum, quod valde floruerat, nuncupabatur, & si in illo, prout in alijs Universitatibus Hispaniæ, non solum Collegiales, sed & inibi pro tempore studentes, ac alij, qui cursus suos in alijs Universitatibus peregissent in facultatibus, & scientijs prædictis, ac etiam in Medicina, Bachalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, vel Magisterij Gradus recipere, ac modernus, & pro tempore existens Vicarius, seu Officialis generalis, Provisor nuncupatus Archiepiscopi Compostellani, seu sede Archiepiscopali Compostellana vacante, Capituli illius Ecclesiæ in spiritualibus generalis, eis prius ab eiusdem Collegij Sancti Jacobi Doctoribus, in eo pro tempore existentibus, examinatis, gradus ipsos, ob carentiam Cancellarij ipsius Collegij Sancti Jacobi, conferre valerent, profecto Collegium ipsum Sancti Jacobi, quod, præter facultatem, Gradus præfatos, modo infra scripto, conferendi, omnia insignia, quæ Universitates studiorum generalium habent, habebat, plurimum decoraretur; pro parte dictorum Rectoris, & Conciliariorum, eidem Pio prædecessori humiliter supplicato, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaretur præfatus Pius prædecessor, qui, dum attentè, considerationis indagine, perscrutabatur, quam præcipuum in hac fragili vita donum, ab immortali Deo, hominibus concessum foret, quo per assiduum litterarum studium, tenebrosa ignorantia calligine depulsa, scientiæ margaritam adipisci valerent, per quam expedita ad benè beateque vivendum via pandebatur, veritas cognosceba-

A 2

ceba-

cebatur, Fides Catholica Christiana, in Deum pietas, verusque illius cultus protendebatur, ac tandem ipsa creatura creatori suo quodam modo similes redebantur, ad ea, per quae studia ipsa, ubilibet incrementa, studiosaeque personae, ad excelsum doctrinae fastigium aspirantes, ad id oportunè subventionis auxilia susciperent, Apostolici favoris praesidium libentè adhibebat, aliasque disponebat, prout locorum, temporumque conditione pensata, conspiciebat in Domino, salubriter expedire, eosdem Rectorem, & Conciliarios, ac eorum singulos, à quibusvis, excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existebant, ad effectum infracriptorum duntaxat consequendum absolvens, & absolutos fore censens, ac litterarum praedictarum tenores pro expressis habens: sub datum videlicet quinto Kalendas Novembris, Pontificatus sui anno quinto, Apostolica auctoritate statuit, & ordinavit, quod *ex tunc deinceps, perpetuis futuris temporibus, in Collegio Sancti Jacobi praefato, ac in Capella de Don Lope nuncupata, sita in dicta Ecclesia Compostellana, non solum Collegiales Collegij Sancti Jacobi huiusmodi, sed & alij quicumque studentes, qui inibi, vel in alia quacumque Universitate, in facultatibus, & scientijs praedictis cursus peregissent, prout in alijs Universitatibus Hispaniae, in eisdem facultatibus, & scientijs, ac etiam in Medicina, Bachalaureatus, Licentiatuæ, Doctoratus, vel Magisterij gradus recipere: praefatusque Vicarius ipsos gradus eisdem Collegialibus, & studentibus, illis prius à dictis Doctoribus examinatis, & idoneis repertis, conferre, ac alia in alijs Hispaniae Universitatibus huiusmodi fieri solita, facere, & exercere liberè, & licitè valerent, necnon praefato Vicario in Virtute Sanctae obedientiae, & sub maioris excommunicationis poena, à qua non nisi per Sedem Apostolicam absolvi posset, ut illis, qui, ut praefertur, examinati, & idonei reperti fuissent, eosdem gradus conferre, & alia, quae in alijs Hispaniae Universitatibus huiusmodi, per earum Cancell-*

3

cellarium, five alium, ad ipsos gradus conferendum, deputatum, fieri consueverant, toties quoties ad id, pro parte ipsorum Rectoris, & Conciliariorum requisitus foret, facere deberet, mandavit, decernens, Vicarium Archiepiscopi, seu Vicarium, Provisorem nuncupatum, Capituli huiusmodi, Sede Archiepiscopali vacante, gradus prædictos, per se ipsos respectivè facere, & exercere teneri; ita, quod vices suas, dicto Vicario Archiepiscopi, in eadem Civitate, præsentè, existente, alteri committere nequirent, ac ex tunc irritum, & inane, si secus, super his, à quoquam, quavis auctoritate scientè, vel ignorantè contingeret attentari, non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs, Edictis generalibus, vel particularibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac dicti Collegij Sancti Jacobi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque: ne autem de absolute, statuto, ordinatione, mandato, & decreto prædictis, pro eo, quod, super illis ipsius prædecessoris, eius superveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, ipsique Rector, & Conciliarij eorum frustrentur effectu; volumus, & similiter Apostolica Auctoritate decernimus, quod absolute, statutum, ordinatio, mandatum, & decretum prædecessoris huiusmodi, per inde à dicta die quinto decimo Kalendas Novembris suum sortiantur effectum, ac si super illis, ipsius prædecessoris litteræ, sub eiusdem die datum, confectæ fuissent, pro ut superius enarratur; quodque præsentès litteræ, ad probandum plenè absolute, statutum, ordinationem, mandatum, & decretum prædecessoris huiusmodi, ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam, nostræ voluntatis & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei,

Dei ; ac Beatorum Petri ; & Pauli Apostolorum
eius , se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanc-
tum Petrum, anno Incarnationis Dominici, millesimo quin-
gentesimo sexagesimo quinto , sexto decimo Kalendas
Februarij, Pontificatus nostri anno primo. ✠ Quocirca
fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus,
quatenus vos , vel duo , aut unus vestrum per vos,
vel alium , seu alios , litteras præinsertas , & in eis con-
tenta quæcumque , ubi & quando opus fuerit , ac quo-
ties *pro parte Rectoris , & Conciliariorum prædictorum* , vel
alicuius eorum , fueritis requisiti , solemniter publican-
tes ; ac illis , in præmissis , efficacis defensionis præsidio,
assistentes , faciatis , autoritate nostra , illos , statuto,
ordinatione , mandato , & decreto , alijsque supradic-
tis , iuxta earundem præinsertarum litterarum continen-
tiam , & tenorem , pacificè frui , & gaudere ; non per-
mittentes , eos , vel eorum aliquem desuper , per quoscum-
que , quomodolibet indebitè molestari ; contradictores
quoslibet & rebelles , per sententias , censuras , & pœnas
Ecclesiasticas , ac etiam pecuniarias , arbitrio vestro , mo-
derandas , & applicandas , aliaque opportuna iuris re-
media , eadem autoritate , appellatione postposita , com-
pescendo , ac legitimis super his habendis , servatis pro-
cessibus , easdem sententias , censuras , & pœnas , etiam
iteratis vicibus , quoties opus fuerit , agravando , invo-
cato etiam ad hoc , si opus fuerit , auxilio brachij Sæ-
cularis , non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ
Octavi , & prædecessoris nostri , qua cavetur , ne quis
extra suam Civitatem , vel Diœcesim , nisi in certis casi-
bus , & in illis , ultra unam dietam , ad finem suæ Diœ-
cesis ad iudicium evocetur , seu ne Judices à dicta
Sede deputati , extra Civitatem , & Diœcesim , in
quibus deputati fuerint , contra quoscumque proce-
dere , aut alij , vel alijs , vices suas comittere præ-
sumant , ac de duabus dietis in Concilio generali edita,
dummodo quispiam , ultra tres dietas , ad iudicium , præ-
sentium vigore , non trahatur , alijsque omnibus , & sin-
gulis , quæ præfatus Pius prædecessor voluit , non obsta-
re.

4

re. Seu si aliquibus communi ter , vel divisim ab eadem
sit Sede indultum , quod interdici , suspendi , vel excom-
municari non possint per litteras Apostolicas , non fa-
cientes plenam , & expressam , ac de verbo ad verbum , de
indulto huiusmodi , mentionem. Datum Romæ , apud
Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ , millesi-
mo quingentesimo sexagesimo quinto , sextodecimo Ka-
lendas Februarij. Pontificatus nostri anno primo. Jo.
Barengus. Reg. Le Ciandelier. = P.^a Barengus. V. de
Boca. B. Bojiolus.

re. Sed si aliquid communitur, vel dividitur ad eadem
in sede indulgentiarum, quod interdum, vel exco-
municant non possunt per litteras Apostolicas, non in-
cienter plenas, & expresse, ac de verbo ad verbum de
indulto huiusmodi, mentionem. Datum Romae, apud
sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice, millesimo
quingentesimo sexagesimo primo, sextidiesimo die
mensis Februarii. Pontificatus nostri anno primo. Jo-
hannes. Reg. La Candelieri = J. Praegius V. de
Boer de Boppe